



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

Pro qua opinione facit notabile dictum Barba. in c. j. nu. 34. de offi. deleg. vbi concludit, qd si famulus presente domino habente verbum cum aliquo, percussit illum ense vel alio modo, si delictum famuli cadit ac commodum domini, imputatur ipsi domino. pro quo al. legat dictum Bal. in l. de pupillo. in §. si quis ipsi pratori. ff. de no. oper. nunt. vbi si famulus potestatis verberauit appellanrem, presumitur de mandato potestatis. quod dictum Bar. sequitur ibi Alex. et Bal. in l. j. C. de seruis fug. Fel. in c. mulieres. de sen. ex com. nu. 4. Hippo. in conf. xx. nu. 1. Matth. de Affict. in constit. Neapo. lib. Rub. xij. nume. 18.

REGVLA CCCIIII.

FAMVLVS de mandato domini tenetur prestare operas alteri, quas sibi exhibere tenetur. Hanc reg. probat tex. in l. oper. in rerum. in si. ff. de ope. liber. & in l. homines. & in l. vxori. in §. Serapium. ff. de vsufruc. legat. Ratio est: quia is qui conduxit, alteri potest locare, l. cum plures. ff. locat. et illa pecunia per famulum acquisita acquiritur domino. l. patronus, & l. si libertus. la. j. & in l. qui libertinus. ff. de oper. libert.

- 1 Primo fallit, quando dominus vellet delegare operas turpes, quas ipse dominus non potest exigere. vt in l. hac demum. ff. de ope. lib.
- 2 Secundo limita, quando extra locum vellet vt famulus seruiret: quia famulus non tenetur si ad illas operas non esset obligatus. Vt in l. vsuras. & ibi Doct. C. de solutio.
- 3 Tertio fallit, quando dominus his quibus operas iubet exhiberi esset odiosus vel onerosus, vel rixosus: nam tunc non tenebitur famulus eidem seruire. Argum. tex. in l. ij. ff. vt in possessio. legat. & in l. inuitus. ff. de fideicom. liberta. in l. fi. C. de pacis inter empto. & vendito. quia non debet fieri deterior conditio famuli. l. genera. liter. in si. ff. de fideicom. liberta.

REGVLA CCCV.

FAMVLI scholarium & clericorum, gaudent privilegio ipsorum. Hanc reg. probat tex. & ibi doct. in Authē. habita. C. ne filius pro patre. & in clericorum famulis probat tex. in l. j. & ij. C. de episcop. & cleric. quam opin. tenet Philip. Fran. in proem. §. in verbo. scholaribus. Jac. Rebuff. in l. vnica. in §. si. ff. de collegia. & nummul. lib. xj. Et circa hanc reg. vide Feli. vbi eam declarat, & plura adducit, in c. ij. nu. 2. de foro compe. Jac. & ibi Doct. vbi hoc et examinant. in l. scrimarios. C. de milita. testam. Bal. in notabi. in d. l. j. vbi in supradictis locis reperies hanc regul. ampliatam & limitatam. Et qui proprie dicantur de familia domini, ponit Fel. in c. insinuat. de de offic. delega. Matth. de Affict. in constit. Neapol. lib. j. Rub. xv. nume. 19.

Hanc